

DISSERTATIUNCULA

DE

RELIQUIS VE-
TERUMCHRISTIANORUM,

QUEIS PASSIM EXAGITATI FUERE,
COGNOMENTIS,

QUA

PLURIMUM VENERANDOS

D^{NN.} INSPECTORES,

OMNESQUE ALIOS PIETATIS

ATQUE ERUDITIONIS LAUDE CON-
SPICUOS VIROS,

M. JOH. FRIDERICUS Köber /

ILLUSTR. RUTHENEI RECTOR,

ad auscultandum benevolè
nonnullas,

DE TEMPORE AC LOCO NATIVITATIS
CHRISTI

ORATIUNCULAS,

câ, qua par est, observantia & humanitate

INVITAT.

GERÆ, STANNO MÜLLERIANO.



A. Ω.



Iceat, uti quidem volupe est, telam, non ita pridem coeptam, de ignominiosis Christianorum veterum cognomentis pertexere. Neque verò à sancto isthoc tempore, quò saluberrimæ nativitatìs Christi memoriam recolimus, planè id alienum videtur esse. Quamvis enim in lætitiâ publica, monente Flacco politissimo (a)

- - - - *malè nominatis
parcere verbis;*

tamen nec mala sunt piè Christianis minusq; auspicata, quib9 ab impiâ gentilium cohorte traducti præter æquum fuere, cognomina; & orbis Christianus jam olim consuevit tristia miscere lætis, jucundis addere inamœna. Documento erit luculento publica solennitas, quæ paucos intra dies in gratam nati Sospitatoris recordationem, quâ patet Resp. Christiana, quod auguramur, lætissimè peragetur. Pietati & religioni destinatum tempus omne est, & gaudio piorum communi, ex nativitate Christi salutiferâ oriundo. Quod qui non lætatur ex animo, indignus planè fuerit, qui à Christo nomen habeat & salutem. Nam propter nos & nostram salutem Soter optimus augustam sibi Majestatis splendorem quasi demisit, inque humani angustias corporis immentum illud & implens omnia juxta & excedens coëgit Numen, ut gentem humanam, DEO per peccata invisam, in gratiam reconciliaret. Hinc demunt supercilio nubem omnes, & in gaudia sua erumpunt. Sed & hîc

- - - - *medio de fonte leporum,*

Surgit amarum aliquid, quod in ipsis floribus angat.

Quid Stephano Protomartyri acciderit, commemoratur in cœtu fidelium ex Apostolorum actibus: (b)

- - - - *lapides Judea rebellis*

In Stephanum lymphata rapit, que crimine duro

Saxea semper erit;

canit Arator Poëta Christianus (c) Et ipsa pericopa Evangelica, ferix secundæ sacra, quid nisi gladios vibrat, cruces fabricatur, flagella & scuticas expedit, persecutiones decernit in pios Christianos eorumque Doctores? (d) Etenim non verbis rantum & professione nominis, sed & opere ipsò, in primis patientiâ, celebrare decet Christianos Jesum suum. Qui uti in duro

prælepi

præsepi infans recubuit pauper & inops: ita non in rosis perpetuò ince-
 dunt ac violis pii, sed multas per tribulationes eos oportet ingredi in re-
 gnum DEI. Inter quas cum & cognomina, in Christianorum contumeliam
 conficta olim, meritò referantur; ideò, quæ, ex iisdem restant, nunc in pro-
 scenium adferre lubet. Itaque porrò publicorum *hostium* nomen Christia-
 nis dabant ethnici, teste Tertulliano fide non indigno. (e) Qui idem hosti-
 bus veritatis tribuit, quod *Christianum hominem, omnium scelerum reum,*
deorum, Imperatorum, legum, morum, nature totius inimicum existimave-
 rint. (f) Et iterum illis exprobrat, (g) quod Christi nomen professos *hostes*
generis humani vocaverint. Quibus rectè laudatissimus Patrum regerit, re-
 etius nostros *erroris humani hostes* dici potuisse. Tantum enim abesse, ut ho-
 stes fuerint gentilium, ut potius *ab occultis & usquequaq; vastantibus mentes*
& valetudines eorum hostibus miseris rapuerint, à demoniorum videlicet in-
cursibus & Spirituum immundorum: unde non modò non molestum, verùm
 etiam necessarium mundo genus fuisse Christianorum, colligere cuius in
 promptu fuerit. Hydram quoque nuncupatum fuisse Christianum popu-
 lum à pessimis gentilium, iisdemq; potentissimis, vel illud indicio est, quod
 Herculus Maximianus, Imp. Rom. nummos cudit, in quibus Hercules vi-
 situr hydræ illius *πολυκεφαλῆς*, cum qua decertat, victor, cum inscriptione:
 HERCULI DEBELLATORI. Cujusmodi singularem planè & præclarum sæpius
 se vidisse in gaza Christianæ R. S. commemorat summi ingenii vir, Ezechiel
 Spanhemius, (h) dissertatione III. de præstantiâ & usu numismatum. Qui
 eruditè conjicit, (i) per hydram illam fuisse indicatam Christianorum gen-
 tem, post tot funera renascentem quidem, sed ab Herculo illo prostratam
 ac devictam: cujus rei hic cum Jovio suo Collega illud ad posteros monu-
 mentum voluerit extare. Id quod quidem porrò idem ex veteri quodam
 lapide probat, cujus verba apud Baronium (k) hæc sunt:

DIOCLETIANUS JOVIUS
 ET
 MAXIMIAN. HERCULÆUS
 CÆSS. AUGG.
 AMPLIFICATO PER ORIENTEM
 ET OCCIDENTEM
 IMPER. ROM.
 ET
 NOMINE CHRISTIANORUM
 DELETO QUI REMP.
 EVERTERANT.

Et sanè luculenter hic lapis nummum antè dictum explicat. Utrumque ve-

rò quid aliud est, quàm vanæ pariter impiæque jactationis monumentum? Perit jam pridem monstruosissimus ille Hercules, & ad orcum relegatus, malis excarnificatur innumeris. Hydra verò, quam vocavit nefarius, hoc est, Christiani, vici ab ipso, vicerunt gloriosè, cum laude triumpharunt.

Non Hydra secto corpore firmior

Vinci dolentem crevit in Herculem;

quàm, ringente quamvis Hercule infernali, incrementa ceperunt cum admiratione omnium Christiani. Facebat itaque & res sibi suas habat Julianus, qui Constantium Christianum Imper. πολυκέφαλον ὕδραν, *hydrant multorum capitam* appellare veritus non est, (l) ut Vatinianum in nostros odium indicaret. Porro nos hebetes, stolidi, fatui, obtusi pronunciamur & bruti, ait Arnobius, (m) Patrum ille præsul optimus, Christianæ Varro maximus eruditionis. Quæ criminatio si inde oritur, quod, ut innuit idem Afer, Faunos, quod Fatuos, civitatumque Genios, quod Paulos non reveremur & Bellonas cum gentilibus, nostros quidem non ferit, nisi imperitiæ fuerit & obesæ indolis, Deum colere verum, cujus nutu & arbitrio omne, quod est, constat. Sed & inscitæ ideò arguuntur, quod, quemadmodum Octavio suo exprobrat Cæcilius apud Minucium, (n) *de ultimâ fece collectis imperitioribus & mulieribus credulis, sexûs sui facilitate labentibus, plebem profana conjurationis instituunt.* Μόνες τῆς ἡλιθίας, dicebat Celsus ille atheus apud Origenem, (o) καὶ ἀγνοεῖς, καὶ ἀναισθήτες, καὶ ἀνδροπίποδα, καὶ γοναῖα, καὶ παιδάρεα πείθειν ἐθέλεις τε καὶ δύνασαι, *solos fatuos, ignavos, stolidos, mancipia, mulierculas, pueros captant & pelliciunt.* Verum hoc ipsam de Christo jam olim dixere Pharisei: *numquis ex principibus credidit in eum, aut ex Phariseis?* (p) Sed enim scire debuissent jactabundi Thrasones, *que stulta erant secundum mandatum, delegisse Deum, ut pudefaceret sapientes, & ut ne gloriaretur ulla caro coram ipso.* (q) Nam sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. (r) Cæterum non adeò obtusa gestabant pectora Christiani, ut non sani statûs, non sui sensus, non animo incolumes fuerint, nec sapuerint ultra vulgus; neque etiam ex cœtu tam rudi & promiscuo constabant, ut non fuerint, qui ingenio singulari, variaque doctrinâ excelluerint. Magnis ingeniis præditi Oratores, Grammatici, Rhetores, Consulti Juris ac Medici, Philosophiæ item secretarimantes, mysteria nosse expetebant, spretis, quibus antè confisi erant; ut prope modum loquitur Arnobius. (s) Et quis nescit inter nostros fuisse Justinos, Athenagoras, Irenæos, Tertullianos, Clementes Alexandrinos, Origenes, Cyprianos, Gregorios, Arnobios, alios, quorum quidam propugnârunt acerrimè fidei catholicæ veritatem cum contra gentiles, tum & hæreticos, quidam verò aut Scripturæ interpretationi aut morum emendationi feliciter

ter

ter insedârunt? Brutus sit, qui hos brutos, fatuus, qui fatuos pronuncia-
verit. Neque verò ipsis Apostolis sua fraudi ἀπαίδευσις esse potuit, cum
divinitus edocti plura & meliora & sublimiora cognoverint, quam quid-
quid unquam eruditorum in mundo fuit. Quare multò minùs *insania pe-*
toris Christianis imputandæ fuerunt aut tribuendæ à gentilibus. (t) Neque
enim mania aut furoris insipientia est pietas Christiana & religio, sed vera
& genuina sapientia. Unde telum hoc meritò in adversarios, verè insanos,
conversum ab athletic Christiani nominis fuit. (u) Latere hîc patior, quod
& *impostores* dicti sunt nostri. (x) Hoc enim nomine ipsos traduxit Ulpia-
nus, in Christianos paulò iniquior: qui & septem Rescripta Principum,
quibus pœnis affici illos oporteat, in libris de officio Proconsulis, teste La-
trentio, (y) collegit. Neque tamen præteriri debet, quod & *Judeorum* no-
mine non rarò sint appellati, aut cum iisdem confusi. Cujus rationem inde
deducit Sulpicius Severus, (z) quod *Christiani ex Judæis extiterint*. Quâ de
causâ & Titus templum statuebat Hierosolymis evertendum, quò plenim *Ju-*
deorum & Christianorum religio tolleretur. Atque hinc non desunt, (aa) qui
quos Judæos Româ excedere præcepit Claudius, ut legitur in Actis, (bb) de
Christianis interpretantur. Id quod quidem lucem accipit clarissimam ex
Suetonio, qui in Claudio (cc) exsertè ait, eum *Judeos, impulsore Chresto assidue*
tumultuantes, Româ expulisse. Quamquam dubium non sit, ex ignorantia
quadam Judæos & Christianos pro eadem sectâ habuisse Claudium & nullo
discrimine cum utrisque egisse. Etenim illos Romani veteres eodem or-
dine diu habuerunt; quod ex Tertulliano, Sulpitio & Rutilio Gallo, P. Pi-
thæus & post hunc Læli. Bifciola probare student. (ff) Quare his omissis, ad
alia Christianorum veterum cognomenta transimus. Itaque etiam hoc in-
ter crimina illorum erat, quod *latebrosa & lucifugax natio* dicebantur, &
quoniam publico abstinebant, totique rebus divinis & religioni vacantes,
reip. inutiles videbantur, *in publicum muta, in angulis garrula*, ut Cæcilius
Natalis garrit apud Minucium; (gg) Zenoni autem Veronensi lubet no-
stros vocare *Cacabaccios* (hh) à Græco κακαβίξεν, quod est in morem per-
dicum vel hirundinum strepere. Quò cavillo cum orationes & cantilenæ
Christianorum, quibus Deum colebant piè ac venerabantur, exagitatæ sint;
quotusquisque non videt, in ipsius Dei contemptum hæc vergere, qui, quâ
est acerrimâ justitiâ, non inulta dubio procul passus fuit. Iidem, invitâ
quamvis veritate, *malefici* nuncupati sunt & *præstigiatores*, ac *magi*, certè ta-
lum vitiorum rei habiti. Ideò enim præcipientes dabantur è robore & saxo,
(ii) quemadmodum Lucium Pithuanium magum saxo Tarpejo dejectum
esse Tacitus commemorat, & Apulejus magiæ crimen, cuius infimulaba-
tur, *dignum sarcere* vocat & *robore*. Quin & vivicomburio tanquam male-
fici sustollebantur, in illa lucentes tædâ,

Quâ

Quâstantes ardent, qui fixo guttūre sumant. (lb)

Nam quia gentiles miracula, quæ fiebant à Christianis virtute divina, unde essent, non capiebant; ideò præstigiis ea tribuebant & execrabili quadam arte fieri somniabant. (ll) *Noxii* præterea putabantur nostri publicæ rei, de quo per Epistolas inter se mutuò disceptant Marcellinus, & amicissimus ipsi Augustinus. (mm) Sed & hoc ἔγκλημα calumniosum esse, idem præsul doctissimus probat, & fors alibi prolixius ostendetur, si voluerit Deus. Sed & *obstinati* visi sunt τοῖς ἔξωθεν modestissimi Christiani. Unde *peruicaciam & inflexibilem obstinationem* in iis puniri vult Plinius Cæcilius secundus. (nn) Et crudelissimus piorum persecutor Diocletianus, in edicto publico, quasi de re benè gestâ, gloriatur, inquit: (oo) *pertinaciam prave mentis nequissimorum hominum punire ingens nobis studium est.* Apud Prudentium quoque Christianis, in martyrio constitutis, semel atque iterum *callus pectoris, obstinatione præduratus, (pp) mens obstinata, & rigor pectori per stuporem injectus (qq)* objicitur. Sed perperam. Nam quid non designat verus & constans amor Christi? quid non perpetitur?

*Tormenta, carcer, ungula,
stridensque flammis lamina,
atque ipsa pœnarum ultima
Mors Christianis ludus est:*

Ut S. Vincentius martyr Datiano Judici occinit apud laudatum Aurelium, luculentissimum Christi vatem. (rr) Videlicet admiranda & ineffabilis Christianorum constantia gentilibus obstinatio audiebat, & quod instinctu ac virtute Spiritus Sancti fiebat, id pertinaciæ cuidam, ritui etiam & adfuetudini cum Arriano tribuebant. (ss) Sed longæ sunt ambages, longa est rerum injuria: ideoque his, quæ attulimus, alia adhuc sunt attexenda. Dicti itaque nostri præterea sunt *parabolani, pauperes, pisciuli, præsumptores.* Et parabolani quidem seu paraboli, quod corpori suo minimè parcerent, sed laniendum in carnificinam darent: Imò, quoniam bestiis propter fidei confessionem objecti, fortiter eas interdum condeiebant, *confectores* nuncupati leguntur & ob contemptum periculorum ἁγροειδέων, (tt) quasi qui temerè & paullò audaciùs periclitarentur. Inter Christianos Alexandrinos peculiaris quidem ordo parabolanorum fuit, ideò sic cognominatus, quia, neglecto mortis metu & periculo, ægros, ex quolibet morbo, etiam pestiferâ lue laborantes, vigilantia, & studio curabant. Qui cum eos sibi interdum sumerent spiritus & animos, ut propè à seditione abessent, coërcendi intra terminos & certum numerum fuerunt ab Imperatore; ut luculenter ex legibus Codicis Theodosiani apparet. (uu) Sed uti, quæ perperam facta, nequaquam approbamus: ita

ita non possumus non posterius hoc charitati Christianæ, prius necessitati, quam crudelitas hostium Christi induxit, adscriptum ire. Hæc verò quemadmodum legem non habet, nec crimini cuiquam esse potest aut dividia: Ita illa, si ὑπερλόνη non habeat, omni laude maclanda est. Paupertas verò ecqua sive injuria sive jure nostris exprobrata fuit? *Ecce pars vestrum & major, melior, ut dicitis, egetis, algetis, fame laboratis, & Deus patitur, dissimulat:* sunt verba sæpe dicti Cæciliæ. (xx) Cui non præter rem Octavius reponit; *ingenium non dari facultatibus;* nos addimus; *nec divitiis niti Christianismum, nec pauperie amitti:*

*nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.* (yy)

Pisciculorum nomen Christianis dubio procul enatum est ex acrostichide notissima, cujus, quæ voces inchoant, literæ dant vocabulum ἰχθῦς piscis, uti gentiles legerunt, ideò persuasi, Christum esse piscem, Christianos pisciculos. (zz) Quam quidem denominationem non invitè admiserunt nostri, cum Tertulliano confessi: *Sumus pisciculi, quia uti pisciculi nascuntur in aquâ, sic & nos aqua & Spiritu renascimur.* (aaa) Quod verò & præsumptores vocati sunt Christiani, id inde est, quod, ut loquitur laudatus Afer, (bbb) *opinio Christiana, etsi honestior multò Pythagoricâ, plenior Platonica, Epicurea gratior, tamen propter suum nomen soli vanitati & stupori, & ut dicitur, præsumptioni deputatur.* Verùm quid fides sit, ignorat planè, qui præsumptionis aut persuasionis ineptæ fidem nostram, verbo divino innixam, arguit. Tandem denique per contemptum & ignominiam adpellarunt nostros *sacrificatos, seu thursificatos,* quod nonnulli miserimè habiti, idolis sacrificarunt & thura adoleverunt: qui quomodo à libellaticis discriminentur, apud Cyprianum legere est: (ccc) *Seclarios item & hereticos,* quod ex Actuum Apostolicorum memoriis patet, (ddd) ubi inter alia Christianorum pia societas vocatur *secta,* cui ubique contradicitur: *Sarmentitios* quoque & *Semaxios* (semissios mavult P. Crinitus (eee)) quia, ut rationem addit doctissimus Afer, (fff) *ad stipitem dimidii axis revincti, sarmentorum ambitu exurebantur;* Contra quam contumeliam, sic gloriosè quasi idem triumphat: *hic est habitus victorie nostre, hæc palmata vestis, tali curru triumphamus:* Sybillistas porrò, quod, Origene teste, factum (ggg) ob frequentem Sibyllinorum oraculorum lectionem, primitivis Christianis fortè nimis usitatam: & *superstitiosos* denique, ceu indicat Tranquillus, quando *afflictos à Nerone supplicis Christianos* scribit, *genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ;* cui pollicem premunt ομήλιως Plinius & Tacitus, quorum hic religionem nostram *exitabilem,* (iii) ille *pravam & immodicam superstitionem* (kkk) nefariè vocat. Sed si omnia, quæ hanç in rem afferri possent, vellem disserere, verendum omninò esset,

ne

AKT 1990

ne difficilius exitum, quàm progressum invenirem. Quare reliquis omis-
 sis, nunc ad eos me confero, qui hanc nobis paginam fecere. Nimirum
 pii quidam, industrii & Sospitatoris amantes Adolescentes suarum esse
 partium duxerunt, sanctissimo hoc tempore non nihil verborum facere
 de saluberrima nativitate Christi. Operas verò ita inter se partiti sunt, ut
 JO. JACOB WILG / Wisenthalio-Misn. ad eandem contemplandam commi-
 litones excitet; hinc JO. FRIDER. SIEGEL Eibenstockio-Misn. de die, &
 GOTHOFREDUS HEDDEN / Hormersdorffio-Misn. de nocte Salvatoris na-
 tali; tandem verò GEORG. CHRISTOPHORUS à Braun / Equ. Misn.
 de Oppido, & JO. CHRISTOPH. GRAUENDORFF / Numburgo-Misn. de stabu-
 lo natali dissertaturi, & brevi quidem oratiunculâ quisque, prodibunt.
 His igitur, præter MAXIME VENERABILIUM DNN. INSPECTORUM,
 etiam aliorum PIE ERUDITORUM benevolentiam & auscultationem,
 proxeneta quidem sanctitate temporis, non vetemur exprocarî. In id
 nobiscum dabunt operam, ut ne ingrati adversus affectum singularem
 fuisse videamur. P. P. Geræ d-XX. Decembr. A. O. R. ∞ Ioc LXXXI.
 jam prope finem constituto,

NOTULARUM EVOLUTIO.


(a) Lib. III. Carm. od. 14. (b) c. VI, v. 58. (c) l. 1. in Acta Apost. p. m.
 25. (d) Matth. XXIII, 34. (e) in Apolog. c. 32. (f) l. c. c. 2. ut citat Elmenh. in Ar-
 nob. observ. p. 4. (g) c. 37. (h) p. m. 230. (i) p. 231. (k) ad ann. Christi 304. n. VIII.
 (l) epist. 23. (m) lib. 1. adv. gent. p. m. 15. add. Elmenh. in observ. h. l. p. 24. (n) in O-
 ctavio p. 71. (o) l. 3. v. Herald. ad Minuc. p. m. 71. ed. Ouz. ubi in b. rem plur. a.
 add. p. 112. (p) Job. VII, 48. (q) 1. Cor. I, 27. 29. (r) 1. Cor. III, 19. (s) l. 2. v. 44.
 (t) Vid. Justin. Apol. & alii ap. Dn. D. Korthold. in epist. Plin. p. 74. (u) id.
 p. 75. (x) l. 1. §. 3. ff. de extr. cognit. (y) l. 5. Instit. c. 11. (z) l. 2. sacr. Hist. p. m.
 138. (aa) V. Petr. Pithœus l. 2. Advers. subsec. c. 3. in Thes. crit. Grat. tom. 2. p.
 777. & Lel. Bisciola Hor. subsec. l. XIII. c. 17. f. 996. (ad) XII, 2. (ae) c. 25. (ff)
 ll. cc. (gg) in Octav. p. m. 75. (hh) Serm. 6. ad Neophytas, cit. Dn. D. Zimmerm.
 ad locum Tert. sunt & c. p. 95. (ii) vid. Ant. Gallonius de Martyr. cruciat. p. 432.
 433. (kk) Juven. sat. 1. v. 155 (ll) Vid. Camer. oper. subcis. cent. III. c. 1. Conf. Celsus
 ep. Orig. (mm) v. epist. Aug. IV. & V. (nn) epist. ad Traj. (oo) id superest in
 fragm. C. Hermog. l. VII. v. Dn. D. Korthold. in ep. Plin. p. 57 (pp) hymn. II, 17.
 (qq) hymn. XIV, 581. (rr) πρὸς τὸν Φάβ. II, 61. (ss) ad Epictet. l. 4. c. 7. (tt) ita propè
 Huet. de demonstr. Ev. p. 60. (uu) l. 16. tit. 2. de Episc. Eccl. & cleric. l. 42. 43.
 (xx) apud Minuc. in Octav. (yy) Æn. 2. (zz) Aug. l. 18. de C. D. c. 23 (aaa) lib.
 1. de Bapt. V. diff. pecul. de arostichide. Erythrae. (bbb) l. de testim. anim. c. 4.
 (ccc) epist. 52 §. 8. p. 102. (ddd) Act. XXIV, 14. & XXVIII, 22. (eee) l. 1. de honest.
 discipl. c. 13. (fff) in Apolog. (ggg) l. 5. contra Celsum. (hhh) in Nerone c. 16. (iii)
 lib. 15. Anal. (kkk) in ep. ad Traj.



tamen nec mal
tilium cohorte
stianus jam oli
Documento e
gratam nati So
auguramur, la
omne est, & ga
riundo. Que
Christo nomen
Soter optimus
mani angustia
dens coëgit N
gratiam recon
dia sua erump

Quid Stephan
ex Apostoloru

canit Arator
cundæ sacra,
expedit, perf
(d) Etenim no
primis patien



am, non ita pri
stianorum veterum
verò à sancto isthoc
Christi memoriam
r esse. Quamvis
acco politissimo (a)

quib9 ab impiã gen
ina; & orbis Chri
s addere inamcena.
paucos intra dies in
sp. Christiana, quod
destinatum tempus
Christi salutiferã o
s planè fuerit, qui à
& nostram salutem
nisi demsit, inque hu
omnia juxta & exce
peccata invisam, in
em omnes, & in gau

us angat.
atur in cœtu fidelium

e duro

Evangelica, ferix se
r, flagella & scuticas
eorumque Doctores?
, sed & opere ipsô, in
um. Qui uti in duro
prælepi

